LEGENDA SANCTORUM. PLACIDUS DE NONANTOLA. SENECA. AUGUSTINUS. PASCHASIUS RADBERTUS U. A.

3. Viertel 12. Jh. Seite 135

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36552
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

etiam & iustinianus cum multis aliis xpianis imperatoribus robur & firmitatem imperialem conferentes firmare & stabilire ad honorem xpi curarunt. De possessione ecclie.

Quod semel ecclie datum est in perpetuum xpi est nec aliquomodo alienari a possessione ecclie potest. Intantum ut etiam idem ipse fabricator ecclie per quam eam dotauerit & consecrari fecerit in ea dem cepsi nullum ius habere possit. Non enim pecunia ordinari non inuestiri uterius potest. Testantur hec non solum noui sed etiam uetteris instrumenta sacratissime scripture. Que igitur ecclie dantur idcirco ut omnibus ignotum est donantur ut pauperes xpi inde alantur. utique seruientes dei in sacrario habeant unde pascantur ut scilicet contemplationi diuine & ei assidue laudationi sine seculi huius sollicitudine deuotissime semper intentis adherere dei iugiter possint. Illis utique quibus ecclie sue sumptus prebent. idem ait pauperibus in hoc seculo ministrant dicens. Facite uobis amicos de mamona iniquitatis ut cum defecerits recipiant uos in eterna tabernacula. Thesauri habete uobis thesauros in celo. ubi nec erugo nec tinea demolitur. Quantum autem malum sit quod semel deo datur iterum aliquo ingenio uelle auferre. idem ipse demonstrat dicens. Nemo mittens manum suam in aratrum & aspiciens retro aptus est regno dei. Unde etiam & in actibus apostolorum ananias & saphyra qui quod deo uouerant occulte auferre conati sunt increpatione beati petri apostoli morti traditi sunt. Ubi etiam cum graui timore pensandum est qua pena multari habent qui non solum sua deo non tribuunt. uerum etiam oblata ab aliis auferre non timent. si mortis sententiam meruerunt qui non aliena sed sua que iam deo uouerant contra eius sacrum institutum auferre conabantur.

Ratio.

Augustin.

Actus apostolorum.

Quia igitur noui testamenti de cadere re.